



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXV. Ivnii. S. Adelbertvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S ADELBERTVS filius Ediluualdi Deirorum Regis, neposq; S. Oswaldi Regis Northumbriæ, cuius filius erat Edilvvaldus Rex, pro Christo dimisit regale patrimonium: monachumq; egit in cœnobio Epternacensi quod à S. Willibrordo magistro suo cõstructũ fuerat, & cum S. Egbertus instar duodecim Apostolorum duodecim congregaret Apostolicos viros, quos missurus esset ad prædicandum fidẽ Christi paganis & barbaris Frisonibus, hunc Leuitã vndecim presbyteris duodecimũ adiunxit: qui a nõ Domini sexcentesimo nonagesimo, velut duodecim Dominici gregis arietes proprio vento appulerunt in *Viltenburg*, siue Traiectum. Itaq; Adalbertus, primus Traiectensis ecclesiæ Archidiaconus, post multorum paganorum conuersionem, & laudabilem sanctæ vitæ consummationem, multis miraculis clarus, sepultus est Egmondæ in Kenemaria, quæ etiam Hæcunda appellatur. Vbi sub Theodorico primo Hollandiæ Comite corpus eius de tumulo leuatum est. Theodoricus autem junior, paternæ deuotionis æmulator, ibidem monasterium construxit Ordinis S. Benedicti, in honorem S. Confessoris ADELBERTI, quod hæcenus *Egmond* dicitur, in diœcesi Harlemensi. Huius deniq; Theodorici filius, Egbertus Treuirensis præsul, per merita S. ADELBERTI à valida febre absolutus, eius vitam curauit describi per Medelocenses canobitas, quæ extat inter historias sanctorum mensis Iunij. Natalis enim incidit in diem XXV.

mensis Iunij. *Ex Mol. Natal.*
S. Belg.





S. ADELBERTVS, ORD. S. BEN.

Hic regio patrimonio in Anglia relicto solus Leuita cum XI: so-
 cijs Profiteris ad Boruales terras anno DCXC: venit, Tacmun-
 dan. & quaedam alia diocesis Harlemonensis loca a gentilitate
 emundauit. idiq; miraculis clarus quiescit XXV: Junij.

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the word "Beata" and Roman numerals "III" and "II".

L. 2

M 2

LIVLII